

1624 [= 2486] basis ingens, in cuius quattuor lateribus cernuntur quattuordecim Asiae civitates cum suis quaeque ἐπισήμοις, nominibus subscriptis. Titulus legitur in antica inter statuas primam et secundam. Reperta est m. Dec. 1693 Puteolis in fundo fratrum Migliarese; deinde stetit aliquamdiu in foro ante ecclesiam cathedralem, donec translata est in museum Neapolitanum, ubi hodie extat inter anaglypha.

MOSTENE	12	HYRCANIA	11	APOLLONIDEA	10	EPHESOS	6	MYRINA	8	CIBYRA	7	LEMNOS	9	CYME	5		
TI · CAESARI · DIVI AVGVSTI · F · DIVI IVLI · N · AVGVSTO PONTIF · MAXIMO · COS · IIII IMP · VIII · TRIB · POTESTAT · XXXII p. C. 30 AVGVSTALES RES · PVBLICA RESTITVIT																	
DECAE	13															TMOLVS	
HERCULANENSIS	14	1														3	PHILADELPHEA
IIII · IHENIA · SARDIS · VLLORON																	
2 magnesXA																	

Descripsi et recognovi. Antonius Bulifon *intorno d'un antico marmo scoperto nella città di Pozzuoli*. Neapoli 1694. 12; Sarnelli *guida di Pozzuoli* ed. 1697 p. 66; *Hist. de l'Acad. des inscriptions* XXIV p. 132 (cf. p. 155); Fabretti 728, 447; Laur. Th. Gronovii marmorea basis colossi Tiberio Caesari erecti Amstelaed. 1728. 8 (qui novit ex Bulifonio); Mur. ms. 21, 231 a Ginannio, ed. 206, 6 a Tafurio; *letters from a young painter* ed. 2 Londin. 1750 I p. 104, qui dat nomina n. 3—14; Cochin et Bellicard *antiquités d'Herculanum* Paris. 1754 p. 76 tab. 28. 29 incisam dederunt pessime; Amadutius in schedis bibl. Savignanensis; Marini cod. Vat. 9134 f. 260 neglegenter, fortasse ex Sarnellio; Romanelli *viaggio* II p. 243; Canina *Etrur. marittima* vol. I in tab. n. 3. Delineatas egregie a Ferdinando Mori Neapolitano tabulas lapidi incidendas curavit Otto Jahn *Berichte der sächs. Ges. der Wiss.* 1851 tab. I sq. Graevii, qui ex tabula Bulifonii novit, ad Spanhemium de hoc titulo epistula legitur in cod. Trai. 56 f. 57. 'Di questo marmo', Sarnellius ait ed. 1768 p. 36, 'hanno ancora scritto l'Em. Sig. Card. Cantelmi Arcivescovo di Napoli e Monsignor D. Diego Vinc. Vidania Cappellano Maggiore del Regno; ma niuno di loro ha dato nulla alla luce'. Orelli 687.

In iis quae nunc desiderantur (quae hic exhibentur litteris inclinatis) omnino redeundum est ad Bulifonii satis accuratum exemplum, a quo posteriora omnia pendent excepto fortasse pictoris Angli, quo et ipso non multum proficimus. — 1 dedi ut mihi apparuit et describenti et recognoscenti. Prima littera ex superstitionibus visa est, quamquam etiam R admitti potest. De sequentibus mihi constabat, nisi quod in VLLORON secunda etiam pro E haberi potest, quintae hasta sola certa est. Fieri potest, ut in fine aliae litterae desint. Eduardus Philippi quae in addendis ed. 1 rettulit, non recte se habent; fere recte autem Michaelis *Bull. dell' inst.* 1858 p. 136 IHENIA.SA////LIIORON legit. THENIA.....EIIORONXX Bul. (inde ..HENIA EIIORONXX Amad., THENIA ..EI·RON·XX· Fabr.), notans: *le due XX appena si scorgono*. Supple SARDIS; reliqua incerta. — 6 TEMNOS Bul. Fabr. Am., LEMNOS Anglus; nunc restat ANOS. — 11 HYRCANIA Bul. in tab. Fabr., HIRCA... Bul. in textu Amad., HYRC Anglus. — 12 nunc non superest nisi NE. Supplevi ex Bul. Fabr. Am.

De terrae motu a. 17 p. Chr., qui duodecim celebres Asiae urbes evertit, accurate rettulit Tacitus ann. 2, 47 meminitque eius item Strabo quatenus pervenit ad duas civitates maxime afflictas Sardes et Magnesium (12, 8, 18 p. 579. 13, 3, 5 p. 621. c. 4, 8 p. 627; cf. Seneca q. n. 6, 1, 13; Plinius h. n. 2, 84, 200 et inde Solinus 40, 5). Paulo post anno 23 Cibyrum similis ruina afflixit (Tacitus ann. 4, 13). Denique Ephesus quoque eiusmodi clade affecta est anno 29 vel 30; nam ante hunc annum Ephesum ruisse ex nostra hac basi intellegitur, post a. 28 id accidisse inde sequitur, quod annales Taciti eatenus servati de ea re tacent. Posteriores quoque qui urbes enumerant Eusebius a. Abr. 2034 (hic omissa Cibyra) et Nicephorus Callistus 4, 17 (qui nominat omnes) Ephesi nomen non omittunt. Afflictis urbibus cum subvenisset Tiberius egregia liberalitate, quam et auctores praedicant (Vell. 2, 126; Dio 57, 17; Sueton. Tib. 48; Oros. 7, 4) et nummi (Eckhel 6, 192), eae Romae ad aedem Veneris genetricis in foro Iulio colossus ei dedicarunt circum dispositis quattuordecim civitatum statuibus (Phlegon de mirab. 42 Muell.). Eam statuam apparet Puteolis expressisse Augustales, ob mercaturam scilicet Asianam eius liberalitatis quodammodo participes. Accurate tam de terrae motu quam de statuibus egit Iahnus in actis minoribus acad. Lips. a. 1851 p. 119 seq.

1625 [= 6377, 22 + 6377, 44] Neapoli in museo.

germanico } C A e s a r
 u. f. divi au } G · N · D I u i i u l i } R O · N
 flamini } AVGVSTA } u } cos } II · IMP

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1569 coniunxit.

Spatium, quod vacat in v. 4 inter A litteram et vestigium litterae R, accurate dimenso constitit mihi v. 2 IVLI adfuisse.

1626 [= 6377, 3] Neapoli in museo.

diu } CLAVDI }

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1522.

X

1627 [= 6377, 15] Neapoli in museo.

AVDIO
 IANI

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1537.

1628 [= 6377, 4] origine opinor urbana; nam in indice Farnesiano legitur n. 78: 'lunga palmi $10/12$, larga $6/12$; NERON'. Est Neapoli in museo.

NERON

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1523.

1629 [= 2608] originis incertae. Neapoli apud Mazam.

IMP · CAESAR
 VESPASIANVS · AVG
 PONTIF · MAXIMVS
 TRIB · POTESTAT · VI p. C. 76
 IMP · XVII · P · P · CENSO
 COS · VII · DESIGN · III

M. H. Maza apud Mur. ms. 21, 231, ed. 1992, 7 a Como.

3 MAXIMII, 4 fin. v, 5 CENSO, 6 DESIGNIII Maza.

1630 [= 6377, 14] litteris magnis. Neapoli in museo.

imp } TITVS
 vesp } AS · AVC

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1524.

Puncta apposita sunt ad imas litteras; nihilominus fragmentum vere antiquum est.

26